

aliud schisma a Deo dejectum, quotquot nostra Sancta Catholica Ecclesia anathematizat.

Pars IX. Siquid in hac Synodica erratum sit, ab iis ad quos illa dirigitur, emendari postulat, & pro se preces fundi, ut grex Chr. sibi commissus nullam noxam per suam imperitiam sustineat. Unde & vestram quæso paternam Sanctitatem, has a mea humilitate suscipientem jure Synodico literas, paternis oculis conspicerè, & fraternis obtutibus cernere: & siquid per ignorantiam culpatum est, sive per oblivionem prætermissum est, aut per compendium minus expressum est, & nullatenus memoratum, aut per immobilitatem linguæ est tacitum, aut per linguæ gravitatem & vocis nimiam exilitatem, aut per sermonum agrestium infirmitatem, & nobis nolentibus fluit; adjectionibus & dictionibus adimplere, ex paterna procedentibus plenitudine, & emendationibus corrigere, & robur amicissimum tribuere, fraternis operatum studiis, paternisque irrigatum propositis; ut neque quod in eis deest, imperfectum semper appareat, neque quod infirmum est, & per ignorantiam fortassis plerumque sefellit, & per ignorantiam fortassis plerumque sefellit, & per totam vitam ægrotet.

Pars X. Orandum pro Imperatoribus, ut vigentia barbarorum omnium, maximeque Saracenorum supercilia confringantur. „ Equalem autem vobis opulentam  
 „ postulationem offero, ut instantem ad Deum obsecra-  
 „ tionem atque deprecationem fundatis pro Christo di-  
 „ lectis & tranquillissimis nostris Imperatoribus, qui di-  
 „ vinitus Imperii gubernacula meruerunt, quatenus ipse  
 „ misericordissimus atque humanissimus Deus, qui etiam  
 „ virtutem habet æquiparem voluntati, vestris Deo ac-  
 „ ceptabilibus orationibus mitigatus, annorum quidem  
 „ eis copiosam multitudinem condonet, victoriasque  
 „ maximas adversus Barbaros impeudet & trophæa, &  
 „ filii filiorum eos coronet, & pace divina circumdet,  
 „ & sceptrâ fortia concedat, atque vigentia Barbaro-  
 „ rum omnium, maximeque Saracenorum supercilia  
 „ confringat, qui ex nostris peccatis ex insparato nunc  
 „ su-